

CHAPITRE XXVII.

Conseil des Juifs contre Jésus-Christ. Désespoir de Judas. Jésus devant Pilate. Barabbas préféré à Jésus. Cris des Juifs contre Jésus-Christ. Couronnement d'épines; insultes. Jésus-Christ est conduit au Calvaire et crucifié. Blasphèmes. Ténèbres. Mort de Jésus-Christ. Miracles après sa mort. Joseph d'Arimatee prend soin de sa sépulture. Gardes mis au sépulcre.

1. Le matin étant venu, tous les princes des prêtres et les sénateurs du peuple tinrent conseil contre Jésus, pour le faire mourir.

2. Et l'ayant lié, ils l'emmenèrent, et le mirent entre les mains de Ponce-Pilate, leur gouverneur.

3. Cependant Judas qui l'avait livré, voyant qu'il était condamné, fut touché de repentir; et reportant aux princes des prêtres et aux sénateurs les trente pièces d'argent.

4. Il leur dit : J'ai péché, en livrant le sang innocent. Ils lui répondirent : Que nous importe? c'est votre affaire.

5. Alors Judas ayant jeté cet argent dans le temple, se retira, et alla se pendre.

6. Mais les princes des prêtres ayant pris l'argent, dirent : Il n'est pas permis de le mettre dans le trésor du temple, parce que c'est le prix du sang.

CAP. XXVII. — 1. *Consilium inierunt.* L'assemblée précédente qui s'était tenue vers minuit dans la maison de Calphe, n'était composée que du collège des prêtres, c'est-à-dire, du conseil des vingt-trois. Maintenant le Sanhédrin, ou grand conseil des soixante-douze, composé des trois états en Israël, va confirmer la première sentence pour lui donner plus de poids au tribunal de Pilate (Sepp, la Vie de Jésus-Christ, tom. II, pag. 400).

2. *Tradiderunt Pontio Pilato.* Ceci prouve que le sceptre était sorti des mains de Juda, puisque les Juifs étaient tellement soumis à la domination romaine, qu'ils avaient perdu le droit souverain du glaive, et qu'ils ne pouvaient prononcer une sentence capitale qu'avec l'assentiment du gouverneur romain (Cf. Joan., XVIII, 31).

3. *Pœnitentia ductus.* Ce repentir était du désespoir, ce n'était pas le regret accompagné de l'espérance, tel qu'il se trouve dans le pécheur qui se convertit.

4. *Mittere in corbonam.* Corbon signifie en hébreu don. Ce mot était devenu sacramentel, et on l'employait pour exprimer un don fait à Dieu, et dont on ne pouvait plus disposer (Matth., XV, 5 et 6, et Marc., VII, 11). Ce scrupule est un trait caractéristique du pharisaïsme des ennemis de Jésus.

CAP. XXVII. — 1. *Mane autem facto.* Marcus habet : *Confestim mane*; Lucas : *Ut factus, est dies.* — *Consilium inierunt.* Plenius consilium inierunt.

2. *Pontio Pilato præsidî.* Ducunt ad romanum præsidem Pilatum, quia, ut ipsimet Judæi dicunt apud Joan., 18, 31, *illis non licebat interficere quemquam*, sive quod omnino adempta illis esset potestas de capitalibus causis judicandi; sive quod non liceret illis quemquam in crucem agere, quo genere mortis Christum sublatum volebant; cum tamen alio modo, verbi gratia, lapidus occidere possent. Prior explicatio verior, quod omnino vetitum esset illis judicare in causa sanguinis.

3. *Damnatus esset.* Christus a sacerdotibus ad mortem. — *Justum.* Græce, ἀθωον, id est, insontem seu innocentem. — *Quid ad nos? tu videris.* Quid ad nos tuum hoc scelus attinet? nostra nihil refert, tu tibi consule, tu vide quid feceris.

4. *Et projectis argenteis in templo.* Cum nollent argentum accipere, in templum miser abijt, et projectis in ipso templo argenteis, discessit. Noluit enim iniquam pecuniam retinens obire mortem, visusque est sibi Judas cum in templo argenteos projiceret sacerdotibus dare, et initium venditionis contractum rescindere. — *Laqueo se suspendit.* An ante Christi mortem, vel post, non constat. Aliqui putant de arbore ficu se suspendisse; quare Juvencus cecinit :

Informem rapuit fœcus de vertice mortem.

Cur se Judas suspendiderit, causa est in promptu ex evangelista; eo enim actus est a nimia tristitia et desperatione quam concepit cum Christum damnatum viderit, quem fortasse speravit miraculo elapsurum manus Judæorum, ut se alias subtraxeras, cum nondum venerat hora ejus.

5. *Non licet eos mittere in corbonam.* Corbonam ait D. Hieronymus fuisse gazophylacium templi. Dicunt principes sacerdotum non licere mittere in corbonam, quia argentei illi vide-

1. *Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent.*

2. *a Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato præsidî.* [a Marc. 15. 1. Luc. 23. 1. Joan. 18. 28.]

3. *Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus,*

4. *Dicens : Peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt : Quid ad nos? tu videris.*

5. *Et projectis argenteis in templo, recessit : a et abiens laqueo se suspendit.* [a Act. 1. 18.]

6. *Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt : Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est.*

7. *Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.*

8. *a Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.* [a Act. 1. 19.]

9. *Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem : a Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerunt a filiis Israel,* [a Zach. 11. 12.]

10. *Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.*

11. *Jesus autem stetit ante præsidem; a et interrogavit eum præses, dicens : Tu es Rex Judæorum? Dicit illi Jesus : Tu dicis.* [a Marc. 15. 2. Luc. 23. 3. Joan. 18. 33.]

12. *Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit.*

13. *Tunc dicit illi Pilatus : Non audis quanta adversum te dicunt testimonia?*

8. *Haceldama.* Le champ du potier que l'on acheta avec le prix du sang, est situé au sud de Jérusalem, à la jonction des trois vallées, sur la hauteur. On y trouve, dit M^r Mislin, de l'argile blanchâtre propre à la poterie, dont on se sert aujourd'hui. C'est le seul lieu autour de Jérusalem où il y en ait, excepté le village d'Abu-Weir (*Les lieux saints*, tom. II, pag. 504).

9. *Per Jeremiam prophetam.* Quelques commentateurs prétendent qu'on trouve en substance cette citation dans les chap. XIX ou XXXII de Jérémie. Mais il nous semble que ce passage est évidemment emprunté à Zacharie. Il y aura eu une faute de copiste, ou peut-être, ce qui paraît très-vraisemblable, saint Matthieu s'était contenté de citer le prophète sans le nommer, car la version syriaque et plusieurs manuscrits latins ne le nomment pas.

11. *Jesus autem stetit ante præsidem.* Pilate avait succédé dans le gouvernement de la Judée à Valérius Gratus, c'était une creature de Séjan. Joseph nous le représente comme un homme violent et avide. Il y avait déjà neuf ans que la Judée était sous son administration tyrannique. Il habitait le palais situé au nord-ouest de la grande enceinte extérieure du temple, près de la tour Antonia. Le lieu où il rendait la justice, le prétoire, était vers la partie orientale du bâtiment. Les chrétiens avaient fait de ce palais une église, mais aujourd'hui une partie sert de caserne.

bantur quodammodo a Juda Deo oblati, cum in templum sunt projecti; lege autem Deuteronomii, 23, 18, dicitur : *Non offerres mercedem prostibuli, nec pretium carnis in domo Domini Dei tui, quicquid illud est quod voveris : quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum*; ex quo per quamdam analogiam colligebant nec pretium sanguinis in corbonam mitti posse, id est, in locum in quo asservabantur dona Deo oblata. Aliqui ex corbona prius elatos argenteos illos existimant; solebant enim publici sumptus, et qui ad religionem pertinebant, fieri ex sacro gazophylacio, cujusmodi sacerdotes causam esse arbitrabantur, ut Christus, qui se Filium Dei profitebatur, occideretur.

7. *Consilio autem inito.* Postquam Christus crucifixus est, ac fortasse post Paschæ diem festum. — *Agrum figuli.* Vel quia figuli erat, vel quia ex eo ad vasa fingenda materiam figuli petebant, vel quod testarum fragmenta in illum projicerentur. — *In sepulturam peregrinorum.* Judæorum, qui Hierosolymis decederent extra patriam, nec in proprium sepulcrum possent inferri.

8. *Haceldama.* Lingua syria in qua *chaquel*, agrum significat, et vox *dema* sanguinem.

9. *Per Jeremiam prophetam.* Nullibi apud Jeremiam exstat hoc vaticinium, quare dici potest ex aliquo alio Jeremiæ libro qui non exstat sumptum esse. Simile est quod habemus Zachar., c. 11, n. 13, quod suo loco explicavimus. — *Acceperunt triginta argenteos.* Scilicet principes sacerdotum. — *Pretium appretiati.* Qui argentei erant pretium Christi appretiati. — *Quem appretiauerunt a filiis Israel.* Quem emerunt ab uno ex filiis Israel, videlicet a Juda.

10. *Dederunt eos in agrum figuli.* Expenderunt eos, ementes agrum figuli. — *Constituit.* Græce, ὀνείχετο, *ordinavit*; sicut mihi propheta ordinavit, et ostendit Dominus faciendum et implendum suo tempore.

11. *Tu dicis.* Vide supra, c. 26, n. 25.

12. *Nihil respondit.* Quia nihil respondendo profecisset. Nec si sincere ageretur, necessaria erat responsio; omnibus enim Christus benefecerat, nemini nocuerat, et sanam sanctamque doctrinam, et Scripturis consentaneam, si vellent intelligere, semper proposuerat.

13. *Quanta adversum te dicunt testimonia.* Quænam fuerint hæc testimonia, Mattheus non exprimit; sed habemus apud S. Lucam, c. 23, n. 5 : *At illi invalescebant, dicentes : Commovet populum docens per universam Judæam, incipiens a Galilæa usque huc.*

7. Et ayant délibéré là-dessus, ils en achetèrent le champ d'un potier, pour la sépulture des étrangers.

8. C'est pourquoi ce champ est appelé encore aujourd'hui Haceldama, c'est-à-dire le champ du sang.

9. Alors fut accomplie cette parole du prophète Jérémie : Ils ont reçu les trente pièces d'argent qui étaient le prix de celui qui avait été mis à prix, et dont ils avaient fait le marché avec les enfants d'Israël;

10. Et ils les ont données pour en acheter le champ d'un potier, comme le Seigneur me l'a ordonné.

11. Or Jésus parut devant le gouverneur; et le gouverneur l'interrogea en ces termes : Etes-vous le Roi des Juifs? Jésus lui répondit : Vous le dites.

12. Et étant accusé par les princes des prêtres et les sénateurs, il ne répondit rien.

13. Alors Pilate lui dit : N'entendez-vous pas de combien de choses ces personnes vous accusent?

14. Mais il ne répondit rien à tout ce qu'il put lui dire, de sorte que le gouverneur en était tout étonné.

15. Or le gouverneur avait accoutumé au jour de la fête de Pâques de délivrer au peuple celui des prisonniers qu'il voulait.

16. Et il y en avait alors un fameux, nommé Barabbas.

17. Comme ils étaient donc tous rassemblés, Pilate leur dit : Lequel voulez-vous que je vous délivre, de Barabbas ou de Jésus qui est appelé Christ ?

18. Car il savait bien que c'était par envie qu'on l'avait livré.

19. Lorsqu'il était assis dans son siège de justice, sa femme lui envoya dire : Ne vous embarrassez point dans l'affaire de ce juste ; car j'ai été aujourd'hui étrangement tourmentée dans un songe à cause de lui.

20. Mais les princes des prêtres et les sénateurs persuadèrent au peuple de demander Barabbas, et de faire périr Jésus.

21. Lors donc que le gouverneur, reprenant la parole, leur dit : Lequel des deux voulez-vous que je vous délivre ? Ils lui répondirent : Barabbas.

22. Pilate leur répondit : Que ferai-je donc de Jésus, qui est appelé Christ ?

23. Ils lui répondirent tous : Qu'il soit crucifié ! Le gouverneur leur répliqua : Mais quel mal a-t-il fait ? Et ils se mirent à crier encore plus fort : Qu'il soit crucifié !

24. Pilate voyant qu'il ne gagnait rien, mais que, s'il s'opiniâtrait davantage, le tumulte en deviendrait encore plus grand, se fit apporter de l'eau ; et lavant ses mains devant tout le peuple, il leur dit : Je suis innocent du sang de ce juste : voyez, vous autres.

14. *Et non respondit.* Ce silence mystérieux et sublime avait été prédit par David : « Je suis comme un homme qui n'entend point, et dans la bouche duquel il n'y a pas de réplique (Ps., XXXVII, 14). »

18. *Sciebat enim quod per invidiam.* Il fait cette proposition non aux princes des prêtres, parce qu'il savait que c'était par envie qu'ils attaquaient Jésus, mais au peuple, espérant que la multitude, moins jalouse que les prêtres et plus sensible à ses miracles, le préférerait à un malfaiteur.

19. *Misit ad eum uxor ejus.* D'après la tradition, la femme de Pilate se nommait Claudia Procula. C'était probablement une affranchie de la famille Claudia, dont Tibère était issu. Auguste avait confirmé l'ancienne loi Oppia, qui défendait aux gouverneurs d'emmener leur femme dans les provinces. Cette loi avait été rapportée sous Tibère. Un sénatus-consulte accorda formellement aux gouverneurs cette autorisation. Le récit évangélique est donc encore ici parfaitement d'accord avec les lois et les usages du temps. — *Passa sum hodie per visum.* Les Romains croyaient aux songes. Pilate y attachait lui-même beaucoup d'importance. L'argument qu'emploie sa femme n'était donc pas sans valeur.

15. *Per diem autem solemnem.* Scilicet Paschæ. Videtur fuisse hæc vetus consuetudo Judæorum ut in memoriam liberati ex Ægypto populi vincium unum e carcere liberum dimitterent. Eam consuetudinem Romani, redacta in provinciam Judæa, abolere noluerunt. — *Quem voluissent.* Ex propositis a præside.

16. *Insignem.* Scelere et improbitate. Joannes, c. 18, n. 40, *latronem vocat*, ληστυν, sunt autem λησται publicarum viarum obsessores, qui transeuntes expoliant et trucidant. Marcus 15, 7 ; et Lucas 23, 19, homicidium et seditiosum appellant.

17. *Barabbam, an Jesum.* Comparatione Barabbæ occasionem quæsit Pilatus Christum a morte servandi, ut etiam patet ex sequentibus.

19. *Sedente autem illo pro tribunali.* Id est, valde opportune, cum jam ad ferendam sententiam paratus esset, ut res non casu, sed divina Providentia facta videretur. — *Nihil tibi et justo illi.* Ne te negotio illius immisceas, ne eum condemnes ; Justum, et vulgari opinione, et visu admonita appellat. — *Multa enim passa sum hodie per visum.* Id est, in somnis. Putant quidem factum id a diabolo, ne Christus occideretur. Probabilis est a Deo immissum, ut Christi innocentiam ostenderet.

20. *Populis.* Græce, turbis.

24. *Videns autem Pilatus quia nihil proficeret.* Non excusat evangelista Pilatum, sed Christum innocentem ostendit, dum docet præsidem non ullo probato crimine, sed solo po-

14. Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer.

15. Per diem autem solemnem consueverat præses populo dimittere unum vincium quem voluissent.

16. Habebat autem tunc vincium insignem, qui dicebatur Barabbas.

17. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus : Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus ?

18. Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum.

19. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens : Nihil tibi, et justo illi ; multa enim passa sum hodie per visum propter eum.

20. a Principes autem sacerdotum et seniores, persuaserunt populis ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent. [a Marc. 15. 11. Luc 23. 18. Joan. 18. 40. Act. 3. 14.]

21. Respondens autem præses, ait illis : Quem vultis vobis de duobus dimitti ? At illi dixerunt : Barabbam.

22. Dicit illis Pilatus : Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus ?

23. Dicunt omnes : Crucifigatur. Ait illi præses : Quid enim mali fecit ? At illi magis clamabant, dicentes : Crucifigatur !

24. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens : Innocens ego sum a sanguine justî hujus ; vos videritis.

25. Et respondens universus populus, dixit : Sanguis ejus super nos, et super filios nostros.

26. Tunc dimisit illis Barabbam ; Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.

27. Tunc milites præsidis suscipientes Jesum in prætorium, a congregaverunt ad eum universam cohortem ; [a Marc. 14. 16. Psal. 21. 17.]

28. Et exutes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei ;

29. a Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, et arundinem in dextera ejus. Et genuflexo ante eum, illedebant ei, dicentes : Ave, Rex Judæorum. [a Joan. 19. 2.]

30. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus.

31. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamide, et induerunt eum vestimentis ejus, et duxerunt eum, ut crucifigerent.

32. a Exeutes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem : hunc angariaverunt ut tolleret crucem ejus. [a Marc. 15. 21. Luc. 23. 26.]

26. *Jesum autem flagellatum.* Il existe deux colonnes de la flagellation, l'une à Jérusalem dans l'église du Saint-Sépulcre, et l'autre à Rome dans la basilique de Sainte-Praxède. On croit communément que la première est celle du prétoire, et la seconde celle de la maison de Caïphe. — *Ut crucifigeretur.* Voici, d'après une antique tradition, l'arrêt qu'aurait prononcé Ponce-Pilate : *Jesum Nazareum, seductorem gentis, contemptorem Cæsaris et falsum Messiam, ut majorem suæ gentis testimonio probatum est, ducite ad communis supplicii locum, et cum ludibriis regie majestatis in medio duorum latronum cruci affigite. Victor, expedi cruce.*

29. *Et plectentes coronam.* La tradition des chrétiens de Jérusalem, dit M. de Châteaubriand, est que la couronne fut prise sur l'arbre épineux (*lycium spinosum*), tandis que le savant botaniste Hasselquist croit qu'on employa le nabka des Arabes. On sait qu'à la prise de Constantinople par les croisés, l'an 1204, Baudouin trouva la sainte couronne dans le palais de Bucoléon. Saint Louis l'obtint des Grecs et la fit porter à Paris. Elle fut longtemps conservée dans la Sainte-Chapelle, et en brumaire l'an XII, on la mit dans l'église Notre-Dame, où chaque année elle est exposée à la vénération des fidèles.

32. *Cyrenæum, nomine Simonem.* Ce Simon était probablement le prosélyte ou converti, cité dans les actes des Apôtres, sous le nom de Simon le Noir, à côté de Lucius de Cyrène. Ses deux fils, Alexandre et Rufus, se firent chrétiens. Rufus était à Rome quand saint Marc y écrivit son Évangile (Rom., XVI, 13). Cet Africain représentait une des trois grandes races de l'humanité. L'Europe, l'Asie et l'Afrique, les trois parties du monde connu des anciens figuraient donc dans ce grand drame de la rédemption du genre humain.

pularis seditiosis metu eum damnasse, et ita damnasse, ut damnando etiam absolveret. — *Lavit manus.* Manuum ablutionem innocentiam significat ; unde illud Psalm., 72, 12 : *Justificavi cor meum, et lavi inter innocentes manus meas.* In lege etiam Deuteronomii, 21, 7, præcipiebatur ut qui facte cædis insones essent, manuum ablutione id significarent, dicentes : *Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc.* Didicerat hoc a Judæis Pilatus, et ut se innocentem ostenderet, juxta eorum morem manus abluit. — *A sanguine justî hujus.* A cæde hujus innocentis.

25. *Super nos.* Imputetur nobis ; aut, in nobis vindicetur, et in filiis nostris.

26. *Flagellatum.* Non virgis, quod honestius erat supplicium, sed flagris. Vide Lipsium de Cruce, lib. 2, c. 3. Mos fuit ut qui essent in crucem agendi, prius flagellarentur, de quo Lipsius ibidem, c. 2.

27. *In prætorium.* In atrium prætorii, ut habet Marcus, c. 15, n. 6. — *Cohortem.* Pars est fere decima legionis.

28. *Chlamydem.* Vestem regiam et militarem, quæ etiam paludamentum dicitur. Volebant scilicet tanquam fictitium regem irridere. Eodem pertinet quod coronam spineam capiti imponunt, et arundinem manu tenendam dant, quasi sceptrum. — *Coccineam.* Purpuream. Nemo nescit purpuram regum fuisse.

32. *Hominem Cyrenæum.* Cyrenæus appellabatur, vel quia Cyrene natus, vel quia inde oriundus erat. Erat autem Cyrene regionis Decapoleos in Syria caput. Incertum est fuerit ne Simon Judæus, an gentilis. Probabilis videtur fuisse Judæus ; Marcus enim, 15, 21, dicit patrem fuisse Alexandri et Rufi, quos nominat tanquam vulgo notos, aut, ut nonnulli suspicantur, quasi Christi discipulos. — *Angariaverunt.* Quid sit angariare, diximus supra, Matth., c. 5, n. 41.

25. Et tout le peuple répondit : Que son sang retombe sur nous et sur nos enfants.

26. Alors il leur délivra Barabbas ; et ayant fait fouetter Jésus, il le leur abandonna pour être crucifié.

27. En même temps les soldats du gouverneur ayant emmené Jésus dans le prétoire, rassemblèrent autour de lui la cohorte entière.

28. Et après lui avoir ôté ses habits, ils le couvrirent d'un manteau d'écarlate.

29. Puis ayant fait une couronne d'épines entrelacées, ils la lui mirent sur la tête, avec un roseau en la main droite ; et fléchissant le genou devant lui, ils se moquaient de lui et de sa royauté, en disant : Je vous salue, roi des Juifs.

30. Et lui crachant au visage, ils prenaient le roseau, et lui en frappaient la tête.

31. Après s'être ainsi joués de lui, ils lui ôtèrent le manteau d'écarlate ; et lui ayant remis ses habits, ils l'emmenèrent pour le crucifier.

32. Comme ils sortaient de la ville, ils rencontrèrent un homme de Cyrène, nommé Simon, qu'ils contraignirent de porter la croix de Jésus.

33. Et étant arrivés au lieu appelé Golgotha, c'est-à-dire le lieu du Calvaire,

34. Ils lui donnèrent à boire du vin mêlé de fiel. Mais en ayant goûté, il ne voulut point en boire.

35. Après qu'ils l'eurent crucifié, ils partagèrent entre eux ses vêtements, les jetant au sort, afin que cette parole du Prophète fût accomplie : Ils ont partagé entre eux mes vêtements, et ils ont jeté ma robe au sort.

36. Et s'étant assis près de lui, ils le gardaient.

37. Ils mirent au-dessus de sa tête, la cause de sa mort, écrite : C'EST JÉSUS LE ROI DES JUIFS.

38. En même temps on crucifia avec lui deux voleurs, l'un à sa droite, et l'autre à sa gauche.

39. Et ceux qui passaient par là le blasphémaient en branlant la tête,

34. *Et dederunt ei vinum.* Ils lui donnèrent du vin mêlé de fiel, avant de l'attacher à la croix, afin que ce breuvage l'empêchât de sentir toute la violence de ses douleurs. Mais en ayant goûté, il ne voulut point en boire, non qu'il en craignit l'amertume, dit le P. de Carrières, mais parce qu'il craignait de diminuer les tourments auxquels il voulut bien se livrer.

37. *Causam ipsius scriptam.* Il était d'usage d'inscrire sur une planche le nom du criminel et le crime pour lequel il avait été condamné. Les Juifs devaient ensevelir avec le supplicié les instruments de sa mort. Cette prescription du Talmud explique comment sainte Hélène put retrouver sur le Calvaire le bois de la vraie croix, les clous et l'inscription enfouis ensemble. Le titre de la croix de Notre Seigneur est aujourd'hui à Rome dans la basilique de Sainte-Croix de Jérusalem, et on conserve au monastère attenant à cette basilique un fragment considérable du bois de la croix et un des clous qui servirent à attacher Notre Seigneur. Deux autres de ces clous font partie du trésor de la métropole de Paris.

33. *Golgotha.* Id est, *Calvaria* : syrum seu chaldaicum corruptum vocabulum. Hebraei *gulgoleth* caput appellant, quod rotundum sit. Sic Nonnus alicubi vocat *κυκλάδα κερσιν*, *circulare sive rotundum caput*. Dicitur est *Calvariae locus*, quod ibi facinorosi homines extremo supplicio afficerentur, ac propterea humanis capitibus plenus esset. Alii ita dictum volunt, quod ibi fuerit Adami calvaria et corpus sepultum. Vide Martinum Delrio in opere Mariano, sermone de Visitatione B. Virginis bene de hoc disputantem.

34. *Vinum bibere cum felle mistum.* Marcus ait datum illi *vinum myrrhatum*. Est autem vinum myrrhatum, ut aliqui explicant, vinum odore myrrhæ conditum : ut enim ait Plinius, lib. 14, c. 13, apud priscos vina myrrha condita lautissima erant. Dabatur autem vinum generosum et suave damnatis, ut reficerentur, et corde confirmarentur, juxta illud Proverb. 31, 6 : *Date siceram morientibus, et vinum his qui amaro sunt animo; bibant, et obliviscantur egestatis suæ, et doloris sui non recordentur amplius.* Allatum ergo est, ut hi interpretantur, myrrhatum vinum, ut juxta consuetudinem Christo daretur; sed satellites fel admiscuerunt. Vide Baron., tom. I, anno Christi 34, n. 94 et sequentibus, late de hoc disputantem. * Vide etiam Greterum tractatu de vino myrrhato. * Crediderim vinum aescens et corruptum (nam græcus et cyrus acetum vocant) regi dolorum exhibitum; vocari autem vinum myrrhatum, vel quod myrrha, que amari saporis est, vel quod etiam est amarissimum, potui esset admixtum. Quod si cruciariis generosi vini myrrhati haustus dabatur, propterea acetum Christo datum myrrhatum vinum appellari, quod myrrhati vini loco illi fuerit propinatum. — *Et cum gustasset.* Marcus ait non accepisse. Itaque gustavit, ut tradit hoc loco Matthæus; non bibit, ut docet Marcus.

35. *Sortem mittentes.* Super tunicam inconsutilem, fortasse etiam super partes factas; quod videtur colligi ex Marc. 15, 24 : *Diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.* — *Per prophetam.* David, Psal., 21, n. 19.

36. *Servabant.* Ne quis eriperet.

37. *Causam ipsius.* Crimen propter quod cruci suffixus est. — *Hic est Jesus.* Hæc tituli formula paulo aliter est apud alios evangelistas concepta; cum enim omnes tituli sententiam expresserint, nemo tamen eorum videtur omnia tituli verba posuisse. Ex omnibus autem hæc fuisse verba colligere nobis licet : *Hic est Jesus Nazarenus, rex Judæorum*, quasi ideo damnatus esset, quod regnum invadere voluisset.

38. *Crucifixi sunt cum eo duo latrones.* Christus vero medius inter illos constitutus, quasi eorum caput et dux, ad augendum dedecus.

39. *Blasphemabant.* Convitiabantur ei qui præteribant illac; itaque non ab uno, vel a paucis, sed a plerisque vulgo jacta fuisse videntur convitia in Christum. — *Moventes capita sua.* Quod irrisiois signum erat, licet aliquando esset commiserationis, irrisiois est illud Isa., c. 37, n. 22 : *Despexit te, et subsannavit te virgo filia Sion : post te caput movit filia Jerusalem.*

33. *a* Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariae locus. [a Marc. 14. 22. Luc. 23. 33. Joan. 19. 17.]

34. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere.

35. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes; ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem : *b* Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. [a Marc. 15. 24. Luc. 23. 34. Joan. 19. 23. || b Psal. 21. 19.]

36. Et sedentes servabant eum.

37. Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam : Hic est Jesus Rex Judæorum.

38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones; unus a dextris, et unus a sinistris.

39. Prætereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua,

40. Et dicentes : *a* Vah qui destruis templum Dei, et in triduo illud reedificas; salva temetipsum : si Filius Dei es, descende de cruce. [a Joan. 2. 19.]

41. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus dicebant :

42. Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere ; *a* si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei? [a Sap. 2. 18.]

43. *a* Confidit in Deo, liberet nunc, si vult, eum : dixit enim : Quia Filius Dei sum. [a Psal. 21. 9.]

44. Idipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperebant ei.

45. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam.

46. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens : *a* Eli, Eli, lamma sabachthani? hoc est : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? [a Psal. 21. 2.]

47. Quidam autem illic stantes, et audientes, dicebant : Eliam vocat iste.

40. Et lui disant : Toi qui détruis le temple de Dieu et qui le rebâties en trois jours, que ne te sauves-tu toi-même? Si tu es le Fils de Dieu, descends de la croix.

41. Les princes des prêtres se moquaient aussi de lui, avec les scribes et les sénateurs, en disant :

42. Il a sauvé les autres, et il ne saurait se sauver lui-même. S'il est le roi d'Israël, qu'il descende présentement de la croix, et nous croirons en lui.

43. Il met sa confiance en Dieu; si donc Dieu l'aime, qu'il le délivre maintenant, puisqu'il a dit : Je suis le Fils de Dieu.

44. Les voleurs qui étaient crucifiés avec lui lui faisaient les mêmes reproches.

45. Or depuis la sixième heure du jour jusqu'à la neuvième, toute la terre fut couverte de ténèbres.

46. Et sur la neuvième heure, Jésus jeta un grand cri, en disant : Eli, Eli, lamma sabachthani? c'est-à-dire : Mon Dieu, mon Dieu, pourquoi m'avez-vous abandonné?

47. Quelques-uns de ceux qui étaient présents, entendant cela, disaient : il appelle Elie.

46. *Eli, Eli, lamma sabachthani.* Le mot *Eli*, dit le docteur Sepp, n'appartient pas proprement à la langue syriaque, quoique l'expression suivante, *Sabachthani*, appartienne au dialecte que l'on parlait alors en Palestine. Au lieu de ces mots : *Eli, Eli*, les Syriens disaient *Mari, Mari*. C'est pour cela que l'exclamation du Sauveur fut mal comprise, et que les assistants crurent qu'il appelait le prophète Elie. Les Juifs avaient l'habitude de recourir à l'assistance de ce prophète dans les grands dangers, et ils crurent que Jésus en faisait autant.

40. *Vah!* Interjectio exsultantis, irridentis et admirantis. — *Qui destruis templum Dei.* Vide dicta supra, c. 26, n. 60.

42. *Si rex Israel est.* Si est Messias Israelis rex.

43. *Confidit in Deo.* Πιστεύειν, est præteriti temporis. Sensus est : quoniam fiduciam suam in Deo collocauit, et eum amavit Deus. — *Si vult eum.* Si amat eum : hebraismus est. Hispani dicunt simili phrasi : *si lo quiere*.

44. *Latrones.* Fortasse uterque primum convitiatus est; postea vero alter visis miraculis que Christo patiente fiebant, et ejus notata mansuetudine et patientia, resipuit. Vel certe dicitur *latrones* in plurali per syllepsin, pro *latro*. Utraque explicatio probabilis est, et graves habet assertores.

45. *A sexta autem hora.* Marcus, c. 15, n. 25, hora tertia crucifixum ait Dominum; Joannes, c. 19, n. 14, indicat crucifixum hora sexta. Communis responsio est crucifixum fuisse inter tertiam et sextam; cum vero medium a quolibet extremo nomen sumere possit, hinc factum ut alius ex evangelistis tertiam, alius sextam dixerit. Porro sicut nox in quatuor vigiliis, ita dies in quatuor partes præcipuas dividebatur, quarum quælibet tres horas completebatur, erantque tertia, sexta, nona, duodecima. — *Tenebræ factæ sunt.* D. Dionysius areopagita, epist. 7 ad Polycarpum, et ep. 11 ad Apollonem, ait tenebras factas interpositione lune inter solem et terram, quod receptum est ab interpretibus in hunc locum. Fuit autem maximum miraculum lunæ se interponere, et eclipsem facere tempore plenilunii; erat enim tunc luna decimaquinta primi mensis, quo tempore Judæi Paschæ festum celebrant. Ex hoc colligitur quales fuerint hæ tenebræ, nimirum iis similes quas videmus, cum solis defectus accidit lune interposita. — *Super universam terram.* Scilicet Judæam et vicinas aliquas regiones. Cur tenebræ factæ sint, alii alias rationes afferunt. Vel enim significarent Judæorum cæcitatem; vel inductæ sunt in detestationem tanti sceleris; vel ad significandum Christum justitiæ solem occubuisse; vel ut divinæ iræ essent argumentum; vel ad expergefaciendos Judæos, ut magnitudine miraculi Christum agnoscerent.

46. *Eli, Eli.* Marcus, c. 15, n. 34, habet, *Eloi, Eloi*, eadem sententia, paululum inflexo vocabulo; utroque enim modo dicunt Hebræi, *Deus meus*, et *Eli* et *Eloi*. Itaque alter evangelistarum sensuum, alter verba Christi expressit. Probabilius videtur dixisse *Eli*, ut habetur in Psal. 21, 2, cujus verba Christus recitabat. — *Lamma.* Id est, *ut quid?* quare. — *Sabachthani.* Id est, dereliquisti me. In Psal., 21, 2, legitur *hazabthani*, quod idem est ac *sabachthani*, sive utraque sit hebraica vox, sive *sabachthani*, syriacum, sicut aliqui volunt. — *Ut quid dereliquisti me?* Hæc verba Christus dixit ut homo, non quod se a Deo derelictum putaret, in cujus manus paulo post spiritum suum commendavit; sed quod ita se pati videret, quemadmodum si ab eo derelictus fuisset.

47. *Quidam.* Qui scilicet linguam hebraicam aut syriacam non intelligebant. Videntur fuisse romani milites, quia Matthæus et Marcus eos ipsos qui dixerant, Eliam vocat iste, aut ex illis certe aliquem acetum statim Christo obtulisse indicant. Lucas vero, c. 23, n. 36, et Joann., c. 19, n. 29, eos qui acetum Christo porrexerunt, milites, fuisse dicunt.

48. Et aussitôt l'un d'eux courut em
éponge de vinaigre; et l'ayant mise au bout d'un
roseau, il lui en présenta à boire.

49. Les autres lui disaient: Attendez, voyons
si Elie viendra le délivrer.

50. Mais Jésus jetant encore un grand cri, rendit
l'esprit.

51. En même temps le voile du temple se dé-
chira en deux, depuis le haut jusqu'en bas; la
terre trembla, les pierres se fendirent;

52. Les sépulcres s'ouvrirent, et plusieurs
corps des saints, qui étaient dans le sommeil de
la mort, ressuscitèrent;

53. Et sortant de leurs tombeaux après sa ré-
surrection, ils vinrent en la ville sainte, et furent
vus de plusieurs personnes.

51. *Et ecce velum templi.* Saint Matthieu ayant écrit son Evangile 8 ou 9 ans après la mort du Sauveur, n'aurait pas rapporté ces faits à la génération qui en avait été témoin, s'ils n'avaient été reconnus par tout le monde. Mais indépendamment de ce témoignage irrécusable, ces prodiges sont attestés par l'histoire profane. Phlégon parle d'une grande éclipse et d'un tremblement de terre qui eut lieu l'année même de la mort de Jésus-Christ (Hieron., in *Chronic. Eusèbe*); Plin l'Ancien cite un tremblement de terre qui renversa douze villes en Orient (*Hist. nat.*, lib. II, cap. 84), et on peut joindre à ces témoignages ceux de Tacite (*Annal.*, II, cap. 47), de Suetone (*Tiberius*, cap. 48). Le rocher de Golgotha présente aux géologues une preuve de la vérité du récit évangélique. « J'ai fait, dit un géologue anglais, une longue étude des lois physiques, et je suis assuré que les ruptures de ce rocher n'ont jamais été produites par un tremblement de terre ordinaire et naturel. Un ébranlement de ce genre eut séparé les divers lits, dont la masse est composée; mais c'eût été en suivant les veines qui les distinguent et en rompant leur liaison par les endroits les plus faibles. Ici, c'est tout autre chose; le roc est partagé transversalement; la rupture croise les veines, d'une façon étrange et surnaturelle. Il est démontré pour vrai que c'est l'effet d'un miracle, que ni l'art ni la nature ne pouvaient produire (Addison, *De la religion chrétienne*, tom. II).

48. *Currens unus ex eis.* Dixit enim Christus, sitis, ut habemus apud Joannem, cap. 19, n. 28. — *Spongiam implevit aceto.* Acetum ibi de more positum erat, quod cruci affixis ut crucifigendis ad illos recreandos dari soleret, ut sentit Maldonatus. Alii putant datum acetum, ut citius moreretur; ita Theophylactus. Card. Baronius putat acetum, spongiam et hyssopum sistendi sanguinis vim habere, ideoque crucifixis data, ut diutius viverent, diutiusque torquerentur.

50. *Clamans voce magna.* In græco est, κρᾶζαζ, id est, cum clamasset. Lucas, c. 23, n. 46: *Et clamans voce magna Jesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Christum in extremo vite magna voce clamare potuisse miraculum fuit, quo videtur divinitatem suam declarare voluisse, ut qui supra humanum naturam in ipso extremo spiritu tam magna clamaret voce, plus esse quam homo crederetur. — *Emisit spiritum.* Scilicet post horam nonam tempore vespertini sacrificii. Vox emisit significat non coactam, sed voluntariam fuisse Christi mortem.

51. *Et ecce.* Recte D. Augustin., lib. 3, de consensu Evang., c. 9, observavit istud ecce significare velum templi, statim atque Christus spiritum emisit, fuisse discissum, ita ut mors Christi scisci veli causa fuisse demonstraretur. Itaque quod Lucas, 23, 45, veli scissionem cum tenebris, que vivente adhuc Christo factæ sunt, junxerit, per anticipationem historie fecisse credendum est. — *Velum templi.* Quod pendeat ante Sanctum Sanctorum. — *Scissum est.* Ut significaretur vetera sacramenta atque figuras patefactas, cum essent implete per Christi mortem, ut jam facile ab omnibus intelligi posset quid significassent. Alii synagogæ abrogationem et veluti dissolutionem significatam putant. Alii, Christi passionem finitam esse, et animam a corpore separatam, ut veli partes a se mutuo divulse erant. Alii, scissum esse, quasi templum præ indignatione, ut mos erat illius sævi, vestem scinderet. Alii, judæici populi in diversas partes divisionem et dissipationem significatam putant. Alii, profanationem templi. Alii, januam cœli patefactam, et apertum iter ad cœlum. — *Terra mota est, et petre scissæ sunt.* Ex concussione terre scissas petras probabile est. Terræ motu et scissione petrarum divinitas et præsentia Christi videtur significata. Sic Ps. 67, n. 8, 9: *Deus, cum egredieris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est, etc.* Vide etiam Psalm., 97, n. 7, 8, 9, et 98, 1; et 113, n. 6, 7; et Joëlis, 2, 10. Potuit etiam divina ira significari: sic Joëlis 3, 16 habemus: *Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem dabit vocem suam, et movebuntur cœli et terra.* Vide Aggæi c. 2, n. 22 et 23. Tandem significari potuit indignum facinus a Judæis admissum, quod quodammodo horreret tellus, et ferre non posset.

52. *Monumenta aperta sunt.* Post resurrectionem; eo enim tempore corpora Sanctorum resurrexerunt. Sed evangelista miraculum hoc cum cæteris que in morte Christi acciderunt, numerat per anticipationem, omnia hæc prodigia in unum congerens. — *Sanctorum.* Fidelium. — *Resurrexerunt.* An autem mortui deinde sint, alii aiunt, alii negant, quod magis probo.

53. *Venerunt in sanctam civitatem.* Jerusalem; que ita appellatur ob templum et Dei cultum. Dicuntur autem venisse in civitatem, quia mortui extra urbem sepeliebantur. — *Apparuerunt multis.* Ut resurrectionis Christi testes essent. Si solus Christus resurrexisset, phantasma esse credi poterat; cum alios secum, qui simul resurrexerant, adduxit, facile probavit se resurgere potuisse, qui alios suscitaverat.

48. Et continuo currens unus ex
eis, acceptam spongiam implevit aceto,
et imposuit arundini, et dabat ei bibere.
49. Cæteri vero dicebant: Sine, vi-
deamus an veniat Elias liberans eum.

50. Jesus autem, iterum clamans voce
magna, emisit spiritum.

51. a Et ecce velum templi scissum
est in duas partes a summo usque
deorsum, et terra mota est, et petre
scissæ sunt. [a II. Paral. 3. 14.]

52. Et monumenta aperta sunt, et
multa corpora sanctorum, qui dormie-
rant, surrexerunt.

53. Et exeuntes de monumentis post
resurrectionem ejus, venerunt in san-
ctam civitatem, et apparuerunt multis.

54. Centurio autem, et qui cum eo
erant custodientes Jesum, viso terræ
motu et his que fiebant, timuerunt
valde, dicentes: Vere Filius Dei erat
iste.

55. Erant autem ibi mulieres multæ
a longe, quæ secutæ erant Jesum a
Galilæa, ministrantes ei:

56. Inter quas erat Maria Magdalene,
et Maria Jacobi, et Joseph mater, et
mater filiorum Zebedæi.

57. a Cum autem sero factum esset,
venit quidam homo dives ab Arima-
thæa, nomine Joseph, qui et ipse disci-
pulus erat Jesu. [a Marc. 15. 42. Luc.
23. 50. Joan. 19. 38.]

58. Hic accessit ad Pilatum, et petiit
corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi
corpus.

59. Et accepto corpore, Joseph in-
volvit illud in sindone munda.

60. Et posuit illud in monumento
suo novo, quod exciderat in petra. Et
advolvit saxum magnum ad ostium mo-
numenti, et abiit.

61. Erat autem ibi Maria Magdalene,
et altera Maria, sedentes contra sepul-
crum.

62. Altera autem die, quæ est post

54. Le centenier, et ceux qui étaient avec lui,
pour garder Jésus, ayant vu le tremblement de
terre et tout ce qui se passait, furent saisis d'une
extrême crainte, et dirent: Cet homme était vrai-
ment Fils de Dieu.

55. Il y avait là aussi plusieurs femmes qui
regardaient de loin, et qui avaient suivi Jésus
depuis la Galilée, ayant soin de l'assister;

56. Entre lesquelles étaient Marie-Magdeleine,
Marie, mère de Jacques et de Joseph, et la mère
des fils de Zébédée.

57. Sur le soir, un homme riche de la ville
d'Arimathie, nommé Joseph, qui était aussi disci-
ple de Jésus,

58. Vint trouver Pilate, et lui ayant demandé
le corps de Jésus, Pilate commanda qu'on le lui
donnât.

59. Joseph donc ayant reçu le corps, l'enve-
loppa d'un linceul blanc,

60. Et le mit dans un sépulcre tout neuf, qu'il
s'était fait tailler dans le roc: et après avoir
roulé une grande pierre jusqu'à l'entrée du sé-
pulcre, il se retira.

61. Marie-Magdeleine et l'autre Marie étaient
là, se tenant assises auprès du sépulcre.

62. Or le jour suivant, qui était celui d'après

60. *Et posuit illud in monumento.* Aujourd'hui, en entrant dans l'église du Saint-Sépulcre, le premier monument que l'on voit est la pierre de l'Onction, ainsi nommée, parce que le corps du Christ fut déposé sur cette pierre après sa mort pour être embaumé. Cette pierre, maintenant recouverte d'une table de marbre rougeâtre, n'a que quelques pouces d'épaisseur; elle est longue de huit pieds, et large de deux. Le Saint-Sépulcre est au centre d'une rotonde dans une chapelle séparée du reste de l'église. Cette chapelle est en marbre blanc et jaune. Une petite porte conduit à une chapelle carrée de trois mètres en tous sens; c'est la chapelle de l'Ange. Une pierre qui est au centre indique l'endroit où se trouvait l'ange quand les saintes femmes vinrent des le matin visiter le sépulcre. De là, on passe dans la petite chapelle où se trouve le tombeau de Notre Seigneur. Le Saint-Sépulcre est couvert d'une table de marbre. Des lampes d'or et d'argent brûlent continuellement dans ce sanctuaire, et on y entretient des fleurs dont la fraîcheur perpétuelle est le signe de la victoire que le Christ a remportée sur la mort (Cf. Poiret, *Mon voyage en Orient*, pag. 67).

54. *Centurio.* Romanorum militum præfectus. — *Timuerunt valde.* Verebantur enim non divina in eos, qui scelerate necis ministri fuerant, vindicta converteretur. — *Filius Dei.* Ita appellat, vel propter eximiam sanctitatem, vel potius quod ejus divinitatem agnovissent.

55. *Ministrantes ei.* De facultatibus suis suppeditantes ei necessaria. Vide Luc., 8, 3.

56. *Maria Magdalene.* Soror Lazari et Marthæ. — *Maria Jacobi.* Jacobi minoris et Joseph mater, que etiam dicitur Maria Cleophae, scilicet uxor. Hæc erat beate Virginis soror; vel, ut alii volunt, soror Josephi sponsi B. Virginis. Vide Joan. — *Mater filiorum Zebedæi.* Que alibi dicitur Salome.

57. *Cum autem sero factum esset.* Cum dies in vespem inclinaret. — *Dives.* Divitem fuisse propterea expressit, ut rationem redderet cur ausus fuerit Christi corpus a præside postulare. — *Arimathæa.* Civitas in tribus Juda, cujus mentio est Judic., 9, 41; et IV. Reg., 23, 36.

58. *Accessit ad Pilatum.* Antequam sabbatum veniret. Propterea autem accessit, quia non licebat damnatorum corpora sine judicis facultate deponere. — *Jussit reddi corpus.* Cum tamen prius ex centurione cognovisset Christum mortuum esse; cavet enim ne qua fraus fieret, et supplicio vivus eriperetur.

59. *In sindone munda.* Et etiam nova; nam Marcus, c. 15, n. 46, illam emisse Josephum scribit. Sindone munda et nova, ut etiam sepulcro suo novo, Christum involvit et sepelivit Josephus honoris causa; et sane oportebat mundissimum Christi corpus munda etiam sindone et sepulcro excipi.

60. *In monumento suo novo.* Divino consilio hoc factum fuit ad probandam resurrectionis fidem; nam si novum non fuisset sepulcrum, dicere Judæi potuissent non Christum, sed alium quempiam ibi conditum surrexisse. — *Quod exciderat in petra.* Hoc et que sequuntur eodem spectant; neque enim sufficit in lapide excavatum sepulcrum potest, neque ingens lapis advolutus removeri.

61. *Altera Maria.* Maria mater Jacobi et Joseph, de qua n. 56 dictum est. — *Sedentes contra sepulcrum.* Observabant ubi corpus Christi poneretur, ut, elapso sabbati die, redirent et illud ungerent.

62. *Altera autem die.* Sabbato. — *Quæ est post parasceven.* Post sextam feriam quam vocabant parasceven, παρασκευήν, id est, præparationem, quia ea die cibos præparabant in sequentem diem festum sabbati.

la préparation du sabbat, les princes des prêtres et les pharisiens vinrent ensemble trouver Pilate,

63. Et lui dirent : Seigneur, nous nous sommes souvenus que cet imposteur a dit, lorsqu'il était encore en vie : Je ressusciterai trois jours après ma mort.

64. Commandez donc que le sépulcre soit gardé jusqu'au troisième jour, de peur que ses disciples ne viennent le dérober, et ne disent au peuple : Il est ressuscité d'entre les morts. Et ainsi la dernière erreur serait pire que la première.

65. Pilate leur répondit : Vous avez des gardes ; allez, faites-le garder comme vous l'entendez.

66. Ils s'en allèrent donc ; et pour s'assurer du sépulcre, ils scellèrent la pierre, et y mirent des gardes.

Parasceven, convenerunt principes sacerdotum et pharisei ad Pilatum,

63. Dicentes : Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resurgam.

64. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi : Surrexit a mortuis ; et erit novissimus error pejor priore.

65. Ait illis Pilatus : Habetis custodiam ; ite, custodite sicut scitis.

66. Illi autem abeuntes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem, cum custodibus.

CHAPITRE XXVIII.

Résurrection de Jésus-Christ. Apparition de l'ange aux saintes femmes. Jésus-Christ même leur apparaît. Gardes corrompus par les princes des prêtres. Apparition de Jésus en Galilée. Mission des Apôtres.

1. Mais cette semaine étant passée, le premier jour de la semaine commençait à peine de luire, que Marie-Magdeleine et l'autre Marie vinrent pour voir le sépulcre.

2. Et voilà qu'il se fit un grand tremblement de terre : car un ange du Seigneur descendit du ciel, et vint renverser la pierre, et s'assit dessus.

1. Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria, videre sepulcrum. [a Marc. 16. 1. Joan. 20. 11.]

2. Et ecce terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo, et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum.

66. Cum custodibus. On croit qu'ils chargèrent de la garde du tombeau des soldats romains, que leur donna Pilate, parce qu'ils pouvaient le jour du sabbat, se servir ainsi de soldats étrangers.

CAP. XXVIII. — 1. *Vespere autem sabbati.* Le mot *sabbati* a dans ce verset deux sens ; le premier marque le sabbat ou samedi, le second signifie la semaine. La locution *prima sabbati*, ou *una sabbatorum*, désignait le premier jour de la semaine. Ainsi il faut traduire : Sur la fin de la nuit du sabbat, au premier jour de la semaine. La nuit du samedi au dimanche appartenait proprement au dimanche, puisque le sabbat étant regardé comme fête, finissait après six heures du soir. La fin de cette nuit était le matin du dimanche.

63. *Seductor ille.* Non sufficit scelus illatæ mortis, nisi etiam post mortem famam ejus lacerent. — *Post tres dies resurgam.* Intra tres dies. Non dixerat Christus post tres dies, sed tertia die resurrectorum. Vide supra, c. 16, n. 21 ; et c. 20, n. 19.

64. *Usque in diem tertium.* Usque ad finem diei tertii, ut scilicet cum non resurrexerit appareat eum esse mentitum. — *Plebi.* Quasi dicant : Nobis hominibus eruditus et elegantibus, id non audebunt dicere, minime credituris, sed imperite multitudini, que facile omnibus rumoribus fidem habet. — *Et erit novissimus error pejor priore.* Priorem errorem vocant pharisei, quod Christus multis persuasisset se esse Filium Dei.

65. *Habetis custodiam.* *Exete*, quod verti etiam potuit : *Habete custodiam* ; quasi dicat : Potestatem vobis facio, ut, acceptis militibus, sepulcrum custodiatis. — *Custodite sicut scitis.* Ut vultis, et ea diligentia que vobis necessaria aut opportuna videtur. Italice diceremus : *Custodite ille sepulcro a vostro senno* ; vel, *come vi pare, e ptace.*

66. *Munierunt sepulcrum.* Custodia militum. — *Signantes.* Græce, *σφραγισαντες*, sigillum imprimentes, ne qua fraus fieri posset. — *Cum custodibus.* Adhibitis custodibus munierunt sepulcrum.

CAP. XXVIII. — 1. *Vespere autem sabbati.* Sumitur vespere, sive sero ὄψε, pro tempore vespertino, obscuro, totius noctis sabbatum subsequentis. — *Quæ.* Scilicet vespere, vel nox. — *Lucescit in prima sabbati.* Desinit adveniente luce diei dominicæ, que dies phrasæ Scripturæ dicitur *prima sabbati*, sicut dies lunæ *secunda sabbati*, et sic deinceps ; id est, prima aut secunda dies hebdomadæ. Vide que dicemus infra, Luc., 18, 12. * Vel quia ὄψε Græcis aliquando significat post, idem erit ὄψε σαββατων, quod et sabbata, id est, evoluta hebdomada, et omnibus illius diebus, qui a sabbato, ut dixi, dicebantur prima sabbati, secunda sabbati, etc. — *Altera Maria.* Mater Jacobi et Joseph, de qua superiore c. 56, n. 61, dictum est. — *Videre sepulcrum.* Marcus, 16, 2, ait valde mane venisse ad monumentum orto jam sole ; et sententia est, valde mane domo discessisse, sed ad monumentum non pervenisse nisi orto jam sole ; lente enim mulieres progredi solent. Non solum venerunt ut sepulcrum viderent, sed etiam ut Christi corpus ungerent, ut habet Marcus, c. 16, n. 1.

2. *Terræ motus factus est magnus.* Ut excitati custodes resurrectionis Christi testes esse cogentur, iidemque intelligerent Christum non furto sublatum, sed divina virtute a mortuis

3. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur, et vestimentum ejus sicut nix.

4. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui.

5. Respondens autem angelus dixit mulieribus : Nolite timere vos ; scio enim quod Jesus, qui crucifixus est, quaeritis :

6. Non est hic ; surrexit enim, sicut dixit ; venite, et videte locum ubi positus erat Dominus.

7. Et cito euntes, dicite discipulis ejus quia surrexit, et ecce præcedet vos in Galilæam ; ibi eum videbitis ; ecce prædixi vobis.

8. Et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio magno, currentes nuntiare discipulis ejus.

9. Et ecce Jesus occurrit illis, dicens : Avete. Illæ autem accesserunt, et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum.

3. Son visage était comme un éclair, et ses vêtements comme la neige.

4. Les gardes en furent tellement saisis de frayeur, qu'ils devinrent comme morts.

5. Mais l'ange s'adressant aux femmes leur dit : Pour vous, ne craignez point ; car je sais que vous cherchez Jésus qui a été crucifié.

6. Il n'est point ici, il est ressuscité, comme il l'avait dit. Venez voir le lieu où le Seigneur avait été mis ;

7. Et hâtez-vous d'aller dire à ses disciples : Il est ressuscité ; et il sera avant vous en Galilée : c'est là que vous le verrez ; je vous en avertis par avance.

8. Ces femmes sortirent aussitôt du sépulcre, saisies de crainte et transportées de joie ; et elles coururent porter ces nouvelles à ses disciples.

9. En même temps Jésus se présenta devant elles, et leur dit : Je vous salue. Et elles s'approchèrent de lui, embrassèrent ses pieds, et l'adorèrent.

7. *Et ecce præcedet vos.* Les disciples de Jésus étant Galiléens, devaient s'en retourner dans leur pays après les fêtes de Pâques. L'ange leur dit que Jésus les y précéderait, faisant allusion à la nature de son corps qui était devenu glorieux, et qui franchissait sans effort toutes les distances.

surrexisset. Dicit etiam potest significatam terræ motu angeli præsentiam. Vide dicta c. superiori, n. 51, ad illa verba, *terra mota est.* — *Revolvit lapidem.* Ut reserato sepulcro appareret Christum jam resurrexisse. Alioqui enim antequam removeretur lapis : exierat Christus illum penetrans, sicut, cum natus est, e virgineo utero emerit. Quod fuerat angeli, et quo ordine et modo mulieribus visi sint, dicam infra, n. 8 ; nam Evangelistas conciliare non est admodum facile. — *Sedebat super eum.* Quasi mulierum adventum expectans, et quasi indicans se esse que lapidem revolvisset.

3. *Aspectus.* Græce, ὄψα, id est, *species*, seu *forma.* — *Sicut fulgur.* Luce et candore micans.

4. *Præ timore autem ejus.* Angeli, de quo proxime loquebatur, quanquam et terræ motu milites fuisse terrentur credendum est ; sed quia ea res naturalis videri poterat, multo magis angeli aspectu consternati sunt.

5. *Respondens.* Sermonem exordiens. Est hebraismus, ut jam sæpius diximus. Vide dicta supra, c. 11, n. 25. — *Nolite timere vos.* Quasi dicat : Timeant milites impiorum ministri ; vos autem ne timeatis, que pietatis causa huc venistis.

6. *Videte locum ubi positus erat.* Quod et suo et Christi testimonio probaverat, nunc experientia confirmat, et ipso visu nititur illis fidem facere.

7. *Et cito euntes.* Cito ire jubet, ut quamprimum qui ob Christi mortem tristes erant, recreentur, et ut nutans fides confirmetur. — *Præcedet vos in Galilæam.* Ibi enim condixerat cum discipulis ut adessent, se etiam affuturum promittens, supra, c. 26, n. 32. Vide ibi dicta. Galilæam elegit, in qua se discipulis ostenderet, quia ea regio procul aberat a periculis scribarum et phariseorum, qui Hierosolymis pusillum gregem et exterritum vexare facilius possent. Præterea multos habebat ibi Christus pios verbi sui auditores, quos solari et confirmare volebat. — *Ecce prædixi vobis.* Ut cum ibi Christum videritis, intelligatis non esse phantasma aliquod, aut vobis fieri præstigias, sed rem ipsam prædictioni huic mee plane consentire.

8. *Exierunt cito.* Timor enim et gaudium festinare facit ; dixeratque angelus, *cito euntes, etc.* Porro quod attinet ad ordinem rei gestæ, sic sentit Maldonatus : dispartitum fuisse sepulcrum, et tam interioris quam exterioris speluncæ januam lapide objecto fuisse clausam ; angelum, cum descendit, utrumque lapidem removisse, et sedisse in exteriori spelunca super eum lapidem quem ab ostio interiori removerat. Ingressæ mulieres priorum speluncam angelum viderunt, a quo jussæ sunt accedere, et sepulcrum vacuum intueri. Huic narrationi videtur repugnare quod habet S. Lucas, c. 24, n. 2, cum ait : *Et invenerunt lapidem revolutum a monumento. Et ingressæ non invenerunt corpus domini Jesu. Et factum est, dum mente consternata essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas : Quid quaeritis viventem cum mortuis ! Non est hic, sed resurrexit, etc.* Respondet Maldonatus Lucam per anticipationem locutum fuisse ; quia enim eo properabat animo, ut narraret mulieres Christum in sepulcro non invenisse, quia jam resurrexerat, id dixit antequam commemoraret angelos ab illis visos eorumque testimonio resurrectionem confirmatam fuisse. Quod autem ait S. Lucas : *Ecce duo viri steterunt, etc.*, intelligi potest de duobus angelis in interiori spelunca apparentibus, in qua corpus Christi jacuerat, ita ut omnino tres angelis visi illis sint : primus in exteriori, spelunca sedens super lapidem, et duo in interiori, qui etiam illi fuerint de quibus ait Joannes, c. 20, n. 12 : *Et vidit (scilicet Magdalena) duos angelos in abis, sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu.* Vide plura apud Maldonat. et Bernard., tom. IV, lib. 8, c. 3.

9. *Avete.* Salvete. Syrus, *pax vobis.* — *Tenuerunt pedes ejus.* In terram provolutæ, Christum venerantes.

10. Alors Jésus leur dit : Ne craignez point : allez ; dites à mes frères qu'ils se rendent en Galilée ; c'est là qu'ils me verront.

11. Quand elles furent parties, quelques-uns des gardes vinrent à la ville, et rapportèrent aux princes des prêtres tout ce qui s'était passé.

12. Ceux-ci s'étant assemblés avec les sénateurs, et ayant délibéré ensemble, donnèrent une grosse somme d'argent aux soldats,

13. Et leur dirent : Dites que ses disciples sont venus la nuit et l'ont enlevé pendant que vous dormiez.

14. Si cela vient à la connaissance du gouverneur, nous l'apaiserons, et nous vous mettrons en sûreté.

15. Les soldats ayant donc reçu l'argent, firent ce qu'on leur avait dit ; et ce bruit qu'ils répandirent dure encore aujourd'hui parmi les Juifs.

16. Cependant les onze disciples s'en allèrent en Galilée, sur la montagne où Jésus leur avait ordonné de se trouver.

17. Et le voyant, ils l'adorèrent. Quelques-uns néanmoins furent en doute.

18. Jésus s'approchant d'eux leur parla ainsi : Toute puissance m'a été donnée dans le ciel et dans la terre.

19. Allez donc et instruisez tous les peuples, les baptisant au nom du Père, et du Fils, et du Saint-Esprit ;

20. Et leur apprenant à observer toutes les choses que je vous ai prescrites : et assurez-vous que je suis toujours avec vous jusqu'à la consommation des siècles.

10. *Ibi me videbunt.* Jésus se fit voir plusieurs fois en Judée ; ces paroles signifient qu'il se montrera plus particulièrement en Galilée, où Jésus avait fait la plus grande partie de ses prédications et de ses miracles, et où il comptait un très-grand nombre de disciples.

15. *Usque in hodiernum diem.* Ainsi, au moment où saint Matthieu écrivait, le bruit que ses Apôtres avaient enlevé le corps de Jésus durait encore, mais cela n'empêchait pas les conversions de se faire par milliers, parce que cette supposition était évidemment gratuite.

16. *Abierunt in Galilæam in montem.* D'après une tradition fort ancienne, cette montagne que l'évangéliste ne nomme pas, serait le Thabor, où le Christ s'était transfiguré. On croit que c'est de cette apparition que parle saint Paul, quand il dit que Jésus se montra à plus de 500 disciples ensemble (I. Cor., XV, 6).

19. *Docete omnes gentes.* Jésus donne à ses Apôtres leur mission. Il ne la borne pas à la seule maison d'Israël, mais il l'étend à toutes les nations.

20. *Et ecce ego vobiscum sum.* Par ces paroles, Jésus donne à son Eglise la perpétuité et l'infailibilité. Il s'engage à en être toujours le chef invisible et à rester au milieu d'elle, par conséquent à donner aux Apôtres et à ses successeurs, toutes les lumières et toutes les grâces nécessaires pour qu'ils soient dans tous les temps les organes irréfragables de la vérité qu'il est venu apporter au monde.

10. *Fratribus meis.* Discipulis meis.

12. *Consilio accepto.* Inito consilio ; est enim συμβουλιον, consilium quod aliqui simul capiunt.

13. *Nobis dormientibus.* Si dormiebant, quomodo furto sublatum corpus testificari poterant ?

14. *Securos vos faciemus.* Ne tanquam negligentes sepulcri custodes plectamini.

16. *In montem.* Quisnam fuerit mons ille, non expressit evangelista. Hoc tantum constat fuisse juxta mare Tiberiadis ; nam ex eo ad mare illud piscatum ibant discipuli, ut habemus Joan., 21, 2.

17. *Quidam autem dubitaverunt.* Non de resurrectione aut divinitate Christi, sed an ille qui illis apparebat esset vere magister eorum Christus. Sunt etiam qui referant hanc dubitationem non ad hanc visionem, que in monte facta est, sed ad Hierosolymitanam, cum Thomas, * qui præsens non fuerat, dubitavit, et alii discipuli se spiritum videre putaverunt : voluisse enim studendum brevitati Matthæum omnes visiones, quibus Christus discipulis apparuerat, una complecti, et quidquid in illis notatu dignum acciderat uno verbo indicare.

18. *Data est mihi omnis potestas.* Id est, mihi Deo data est omnis potestas a Patre per æternam generationem ; mihi autem homini data est propter unionem hypostaticam, propter meritum passionis et crucis. Propterea autem se amplissimam habere potestatem profiteretur, ut ostendat quo jure discipulos mittat ad docendum et baptizandum.

19. *Baptizantes eos in nomine.* Aperit adorandum sanctissimæ Trinitatis mysterium, et baptismi formam constituit.

20. *Vobiscum sum.* Vobis adero opem ferens, et præsens etiam in eucharistia. - *Sæculi Mundi.*

10. Tunc ait illis Jesus : Nolite timere ; ite, nuntiate fratribus meis ut eant in Galilæam ; ibi me videbunt.

11. Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, et nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant.

12. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus,

13. Dicentes : Dicitis quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum, vobis dormientibus ;

14. Et si hoc auditum fuerit a præside, nos suadebimus ei, et securos vos faciemus.

15. At illi, accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Judæos, usque in hodiernum diem.

16. Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Jesus.

17. Et videntes eum, adoraverunt ; quidam autem dubitaverunt.

18. Et accedens Jesus, locutus est eis, dicens : Data est mihi omnis potestas in cælo, et in terra.

19. *a* Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. [a Marc. 16. 15.]

20. Docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis ; et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.

PRÉFACE

SUR L'ÉVANGILE SELON SAINT MARC.

1. Vie de saint Marc. — 2. Composition de son Évangile. — 3. Analyse de cet Évangile. — 4. Comparaison de l'Évangile de saint Marc avec l'Évangile de saint Matthieu.

4. Saint Marc était Juif d'origine et de la tribu de Lévi. Les critiques se divisent lorsqu'il s'agit de dire si l'Évangéliste est le même personnage que Jean Marc, dont il est parlé dans les *Actes des Apôtres*, et qui était, d'après saint Luc, fils d'une femme de Jérusalem nommée Marie, chez laquelle l'apôtre saint Pierre se retira lorsqu'un ange l'eût délivré de prison, et où il trouva les fidèles assemblés priant pour sa délivrance (Act., XII, 12).

D'après Baronius, Grotius, Tillemont et une foule d'autres écrivains, il faudrait ne pas identifier ces deux personnages. L'Évangéliste ne serait pas le même que Jean Marc, le compagnon de saint Paul et le cousin de saint Barnabé. Il aurait d'abord suivi Jésus, mais il s'en serait séparé à Capharnaüm, lorsque le Sauveur annonça que celui qui ne mangerait pas sa chair et qui ne boirait pas son sang n'aurait pas la vie éternelle. Saint Pierre l'aurait converti après l'Ascension du Sauveur, et il se serait attaché au chef des apôtres, qui l'appelle dans ses Épîtres son fils, pour l'avoir engendré à Jésus-Christ.

Quoique le sentiment contraire ait été celui de saint Jérôme, de Victor d'Antioche, et qu'il ait été soutenu par Lardner, Michaëlis, Marsh, Hug, Olshausen, Wallon et une foule de critiques d'une grande autorité, nous considérons l'opinion de Baronius comme plus probable, et nous croyons, avec cet éminent historien, que saint Marc accompagna saint Pierre dans son premier voyage à Rome, et que le chef des apôtres en fit son secrétaire et son interprète.

Saint Pierre l'envoya de Rome en Égypte, où il fonda l'Église patriarcale d'Alexandrie. Il convertit dans cette ville un très-grand nombre d'idolâtres, et il leur inspira, par ses conseils et ses paroles, le désir de mettre en pratique les conseils évangéliques. Un très-grand nombre vendirent leurs biens pour en donner le produit aux pauvres, et se retirèrent dans les montagnes et les déserts où ils menèrent une vie angélique.

Son disciple, le cordonnier Anien, qu'il avait miraculeusement guéri d'un mal à la main, l'engagea à aller prêcher à Cyrène, dans la Pentapole et dans quelques autres villes. Cette mission dura deux ans ; les succès en furent admirables. Mais les païens, irrités des progrès que le christianisme faisait tous les jours, résolurent de faire mourir saint Marc, qu'ils appelaient l'ennemi de leurs dieux, le destructeur de leurs temples. Ils le saisirent au moment où il célébrait les divins mystères, et l'ayant garrotté, ils le traînèrent dans les rues en criant qu'il fallait mener ce bœuf à Bucules, qui était un lieu près de la mer, rempli de roches et de précipices.